



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 23. De renuntiatione beneficiorum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

nem beneficij. Nam aliae sunt quæ eam imponunt, non in penam criminis, sed tantum ob factum Clerici, vel euenum, vel conditionem tacitam non impletam, sub qua fuit eidem Clerico collatum beneficium: adeo ut leges huiusmodi censeantur potius conuentionales, quam penales. Quo fit, ut ea in foro conscientie inducant obligationem statim dimitendi beneficium. Sic ille qui matrimonium contrahit, aut qui professionem facit in religione approbata, aut qui accepto Parochiali beneficio non promouetur intra annum ad presbyteratum, nullatenus potest beneficium retinere.

Aliæ autem leges sunt quæ vere, & propriè penales, beneficiorum priuationem imponunt in penam criminis commissi: hæc iuxta Sotii, & aliorum sententiam quos fecuti sumus loco antememorato, non obligant Clericū in foro conscientie, ad beneficium statim dimitendum: quia cum ipse vere, ac propriè habuerit ius acquiritum in beneficio: non debet in foro conscientie, contra scipsum tam grauem penam exequi, sed potest expectare sententiam Iudicis. Neque obstant verbæ legis: Sit ipso iure priuatus, vel vacet beneficium: quia tantum significant esse alijs ius beneficium imperati eo ipso, quod beneficiarius fuerit in iudicio declaratus reus illius criminis: ita ut opus non sit aliqua alia sententia, quia is condemnatur priuatione beneficij; sicut est opus, cum lex non priuat, sed præcipit priuandum.

Quod tamen non procedit, cum in lege adiicitur: Sit ipso iure priuatus beneficio, absque illa declaratione, vel ministerio Iudicis. Aut, priuatum esse ipso iure beneficio, prefantis decreti vigore declaramus. Aut ipso iure priuatum, ita ut in foro conscientie beneficium dimittere teneatur. Nam tales particulae additæ inducent in foro conscientie priuationem beneficij, ante omnem declarationem criminis: quasi Ecclesia sub ea conditione Clerico beneficium contulerit, ut si tale crimen patraretur, debeat statim illud relinquerre. Vnde postulum argumentum sumere: quod cum tales particulae non addantur frustra, sed habeant eum effectum quem diximus: dum non addantur in lege; indicari quod ea non imponat obligationem in conscientia dimitendi statim beneficia: sed ita, ut possit expectari Iudicis sententia declaratoria criminis. Id quod locum habere, etiam quando crimen notorium est ex evidentiâ facti, Sotii libro 1. De iust. & iure, questio 6. art. 6. in fine tertie conclusionis, satis probabilius tenet contra Panormit. ad caput. Cum non ab homine, De iudicij. Ratio est, quia evidentiâ facti non succedit loco sententia Iudicis sed loco accusationis, iuxta cap. Evidentiâ De accusat. iuncta glossa finali.

326.

Tertius effectus vacationis est, ut ipso iure, vel ipso facto priuatus beneficio non faciat fructus suos. Qui quidem cum aliqua restrictione intelligendus est quoad vacationem ob crimen. Nam ante latam sententiam declaratoriam eiusdem criminis, talis vacatio non obstat quin beneficiarius possit fructus beneficij percipere iuxta tradita à nobis in expositione prima difficultas additæ à nobis ad supra memoratam questione, tertiam. Post eiusmodi vero sententiam nequit illos percipere: ita ut perceptos restituere teneatur, tanquam alienos, cum & titulo & administratione beneficij priuatus sit. Qua etiam de causa id ipsum beneficium nequit ab ipso tunc resignari alteri, aut permutari cum alio beneficio.

CAP. XXIII.

De renunciatione beneficiorum.

S V M M A R I V M.

327 Renunciationis beneficij varia genera.

328 Renunciare potest quis beneficij, non tantum per seipsum, sed etiam per procuratorem: & tres casus in quibus: enetur renunciare.

329 Obligatio iuri naturæ relinquendi beneficium, & restituendi fructus ex percepto.

330 Dua regula Cancellaria in renunciatione observanda.

331 Condicio renunciationis ut fiat authoritate Superioris.

332 Conditiones, vi scientier, & vi sponte fiat.

333 Difficultas, An irrita sit renunciatio facta metu.

334 Alia, An facta a minore 25. annis: aut facta in seruore morbi acut.

335 Relique conditiones requisite ad validitatem renunciationis.

336 Per renunciationem vel slide factam beneficium vacat.

337 Modi quibus datur ingressus ad illud.

338 Quando renunciatio posset aut non posset fieri propria autoritate.

339 Renunciatio est aut tacita, que dupliciter contingit: aut expressa, que distinguuntur in puram & conditionatam.

340 Conditionatae quatuor species: & quod tres prima possem tantum coram Papa fieri.

341 Quod quartarum posset fieri coram Ordinario.

IN Decretalibus tam Gregorij, quam Bonifacij, & in Clementinis, est titulus De renunciatione: que varia habet nomina. Aliquando enim vocatur cesso, aliquando resignatio, aliquando simplex renunciatio; & aliquando regresus: cum aliqua tamen differentia. Nam cesso propriè est, quando renuncians nondum habet possessionem beneficii, sed tantum ius ad illud. Resignatio vero, quando aliquis ius suum renunciat in favorem alii cuius, quem nominat in ipsa renunciatione. Simplex autem renunciatio, quando nemini nominat. Regressus denique, quando aliquis ita renunciat, ut post mortem illius ei: fit resignatio, beneficium revertatur ad resignantem. Considerabimus autem primo renunciante, secundo, modum renunciationis, tertio, effectum eiusdem, quattuor, varias illius species.

De renunciante.

S E C T I O . I.

Circa renunciante obseruandum est, quod beneficium possit beneficij suo, tanquam rei ad se spectantem renunciare vel scripto vel verbo: idq; per scipsum vel per procuratorem renunciare, possit reuocare eam renunciationem, quandiu res est integra, hoc est, quandiu non accedit approbatib. Superioris: quantumcumque ipse renuncians multa interfaciat, quæ facere solet, qui plene renunciavit, argumento cap. Lcta, De renunciatione. Verumtamen si renunciationem reuocat, curare debet ut suus Procurator, vel Superior talem reuocationem intelligentem quam beneficium alteri conferatur: alioqui enim reuocatio non habebit locum, ex Clementina vñica, De renunciatione.

Aduerte vero ex cap. Quidam, De renunciatione: beneficiarium qui petat & impetravit à Superiore facultatem renunciandi suo beneficio, si postea mutet sententiam, cogi nihilominus renunciare. Præter quem casum dantur duo alii, in quibus beneficiarius tenetur beneficium suo renunciare, illudve relinquerre. Prior est, quando committit peccatum, quod sic ius punit priuatione beneficij, ut exprimat obligari in conscientia illud relinquerre. Exemplum habetur in eo, quod Concilium Trident. sess. 24. cap. 18. vers. 2. Caueatq; De ref. m. statutum de ijs qui examinant Parochos iuxta eundem Concilij decretum: si aliquid recipiant ratione ciudem examinis: tam eos ipsos qui accipiunt, quam illos qui dant, perdere omni sua beneficia, nec posse absoluti, nisi ei dimittant. Posterior casus est, quando pena Ecclesiastica debetur etiam iure naturali. Ad illud enim quod est de iure naturali, quisq; in conscientia statim tenetur.

Vbi adverte, quod omnis obligatio iuri naturæ ad relinquendum beneficium, vel restituendum fructus perceptos, nascatur ex eo quod beneficiarius omittat officium, propter quod datur beneficium. Inde enim sequitur recte rationi aduersari, ut beneficium retineat, vel fructus eius capiat, qui non potest, aut non vult officium propter quod ipsum datur, exercere.

Id quod potest tribus modis contingere. Primus est, quando beneficiarius habet essestiale impedimentum: ut si duixerit uxorem, vel professionem fecerit in religione approbata. Item si nolit suscipere Ordines, vel acquirere scientiam, quam tale beneficium requirit. Itemque, iuxta cap. Nisi, De renunciatione, ob scandalum, aut malitiam populi, ineptus efficitus

effectus sit ad eiusmodi officium exequendū. In quibus tribus casibus ille tenetur vel relinquere beneficium vel removere impedimentum si potest, vt potest in casu secundo. In tertio casu vero, beneficium resignando alteri, referuare sibi pensionem auctoritate Superioris interposita, iuxta cap. Ad supplicationem, De renunciatione, & receptam coniunctudinem.

Secundus modus est, quando beneficiarius habet impedimentum officij tantum accidentale, hoc est, quo durante potest quidem facere officium, sed peccabit faciendo: ut cum est censura Ecclesiastica irrexit. In eo casu enim, si resipiceat, ac relinquere peccatum: potest quidem interea dum quantum potest liberationem à tali impedimento procurat, fructus beneficij sui percipere: sed si non sit spes quod eam obtinere possit, tenetur alteri digno, cui voluerit, beneficium ipsum resignare: quandoquidem nequit bona conscientia illud retinere, cum pectet sive faciens officium, impeditus censurā, sive non faciens, iniuste percipiendo fructus qui ob officium datur.

Tertius modus est, quando beneficiarius nullum quidem impedimentum habet; sed non vult officium ipsum facere: nam tunc vel debet se emendare, vel beneficium resignare alteri: ac pro rata temporis quo eam primam voluntatem retainingo, officium omisit: perceptos fructus restituere: atq; damna, si que Ecclesia intulerit, refarcire.

SUPEREST morendum quoad renunciantem, duas regulas Cancelleriae obseruandas esse in renunciatione. Prior est, que dicitur de infirmis resignantibus. Posterior vero, que dicitur de publicandis resignationibus. Illa habet, vt si infirmus ex gravi infirmitate resignauerit beneficium suum in fauorem alicuius, vel alias: & post resignationem, etiam admissem, mortuis fuerit ex ea infirmitate intra 20. dies, à die consensu præstiti resignationi computandis, resignatione nulla sit: censeturque vacare beneficium, non per resignationem, sed per obitum beneficiarij. Hæc vero habet, vt resignatione admisla in curia Romana, publicetur seu manifesta hat in loco beneficij intra sex menses, computandis à die consensu præstiti resignationi. Si resignatione fiat coram Ordinario, vt publicetur intra mensem à tempore collationis: aliquo si resignans moriatur in possessione beneficij nulla publicatione facta intra sex menses, vel intra mensem, vt prædictum est, censetur beneficium vacare per mortem resignantis quidem, sed mortui in possessione: non autem per resignationem; ita ut resignatarius qui proiussus est, nullo ex resignatione titulo vti possit. Quæ regulæ sunt institutæ ad fraudes evitandas. Eorum plenam explanationem ex Gomelio petere poterit qui volet, eam persequente plurimam questionem tractatione.

De modo renunciationis.

S E C T I O N I I.

AD modum obseruandum in renunciatione sex conditiones sunt necessariae. Prima est, vt renunciatio fiat cum facultate Superioris. Sic enim Episcopus, etiam non consecratus, dummodo sit confirmatus, renunciare non potest Episcopatus sine facultate Papæ, ex capitulo 2. De translatione Episcopi. Nec item Prælatus exempli potest renunciare sua prælature, sine eadem Papæ facultate, ex capitulo. De renunciatione. Qui vero subiungit Episcopo, non possumt sine facultate ipsius beneficio suo renunciare ex capitulo. Admonit. De renunciatione. Et merito: quia Episcopi interest scire beneficij vacationem, vt possit illud conferre inter sex menses, ei ad conferendum constitutos, in capitulo 2. De confessione præbendæ. Imo ex glossa ad Clementinam vñicam, De renunciatione, verbo, *Manibus*: quod beneficium datur per electionem, nominationem, vel presentationem, debet etiam adesse facultas eligentium, nominantibus, vel presentantis.

Renuncatio autem facta absque facultate, inalida est respectu Superioris: hoc est, Superior non obstante ea renunciatione, potest beneficium reuocare ad beneficium renunciatum, ex capitulo. Non oportet, 7. questio. f. An vero sit etiam inalida respectu renunciantis, hoc est, An renun-

cians perdat ipso facto titulum: si renunciet sine facultate, dubium est: quod Couart tractat in libro 1. Variarum resolutionis, capitulo 5. numerus sexto: ac partem negante pluribus in eam citatis sequitur. Et merito, quia in capitulo finali, De renunciatione, expresse habetur de exceptis, quod si renunciant ab illo auctoritate Papæ, renunciatio non valeat: & in capitulo. Quod in dubijs, eodem titulo, habetur generaliter de ceteris, quod si resignent in matribus laici, utque adeo superiori incompetenti, priuandi sint beneficio. Vnde sequitur non esse priuatos ipso facto: & hinc rursus, eam renunciationem esse inalidam, & ex qua beneficium non varet, nec amittatur:

Secunda conditio est, vt renunciatio fiat scienter. Nam nemo renunciat ei, quod ignorat, ff. De inofficio testamento, legge Mater. Vnde si vel termini iuris sint ignoti, vel alii procedendi modi sint obscuri, iij debent renuncianti significari, ac declarari alioquin per tales obscuritates decipi ipsum, tenetur ad restitutionem. Vide Sylva in verbo, Renunciatio, qu. 6.

Tertia conditio est, vt renunciatio fiat sponte, & propria voluntate. Hinc enim irrita est renunciatio quæ à beneficiario furioso fit extra tempus, quo est mentis compos: argumento cap. Quamvis, 7. questio. i. cum tunc non habeat libram voluntatem resignandi, utpote qui non est talis voluntatis participes, ex capitulo. Si quis insaniens, 15. questio. i. & Clemens. Si furiosus, De homicidio. Irrita etiam est quæ sit dolosus ex capitulo. Letta, De renunciatione: vel vi, ex Clementina 2. De penitentia. Vide Rebiffum in praxi beneficiorum par. 3. tit. De causis resignationis irritantibus.

An autem irrita quoque sit metu facta, dubitatur: nam irritam esse cum Rota decisio 20. in antiquis, & quibusdam alijs Rebiffus ibidem de resignatione metu extorta, putat ipso iure irritam esse, sicut & electionem ineui factam, aut matrimonium metu contractum. Corialis vero in sua paphrahi, in materiam Sacerdotiorum, par. 1. cap. 8. numer. 11. putat non esse irritam ipso iure, sed rescindendam esse officio Iudicis: ad quod facit textus iii. capituli. Abbas, De ijs, quæ vi, iuncta glossa ad verbum Coatus. Et ita tenuit Rota decisione 374. in nouis. Ac confirmatur: quia ex communione Theologorum, quam Iuri peritorum sententia, metus non ita tollit absolute voluntarium, vt facta metu, censetur inuoluntaria facta. Quod si pastæ, conventiones, contractusq; aliqui metu facti, iute ipso sint nulli; id propterea fit, quod de illis esse nullos, sit constitutum, vt & de nonnullis alijs enumeratis in memorata glossa.

Quia igitur nunquam in iure exprimitur, vt resignationem metu facta, sit nulla ipso iure: videtur verius dicendum, Iudicis tantum officio esse rescindendam iuxta citatum capit. Abbas, & duo lequentia. Nihil refert vero siue beneficiario, siue personæ ei sanguine proxime coniunctæ, talis metus incutitur, argumento cap. Sciant, De elect. in 6. siue etiam quocunque alio modo; excepto casu, quem iam ante ex Clem. 2. De penitentia: si Clericus per sui captionem, & incarcerationem cogitat beneficio suo renunciare: quia tunc renunciatio est inalida.

Dubitatur quoque, An si minor 15. annis renunciatuerit beneficium, valeat renunciatio. De quo disputat glossa, ad capitulo. Ex parte, verbo, Quamvis minor, De restitut. spoliatorum. Atque partem affirmantem tenet Sylvestris verbo Minor, in fine: quia minores in beneficib; & alijs causis spiritualibus habentur pro maioribus, ex capitulo finali, De iudicis, in 6. Coarruimus vero partem negantem sequitur, in libro 1. Variarum resolutionis, capitulo 5. numerus 3. & melius: quia quod beneficiarius minor censetur maior 25. annis, priuilegium est, quod retroueri non debet in dispendium illius in cuius fauorem datur, ex regula 61. iuris in lepto. Quanquam si talis intra triennium hoc petat suam restitutionem, nec saltem protestetur de impedimento aetatis, illam postea non impetrabit propter triennalem præscriptionem, de qua egimus in preced. capitulo 18. Addit his ex defectu propositæ tertie conditionis, censi inalidadem renunciatiem factam in seruore, & incendio morbi acuti; vt in phrenesi, iuxta capitulo. Gonsaldus, 17. questio. 2.

Quarta conditio est, vt renunciatio fiat gratis, id est, nullo interueniente pretio, vel præmio, quo pecunia, vel res

quæ si pecunia estimabilis, detur: alioqui enim esset renunciatio simoniaca. Quinta conditio, ut non interueniat fraus. Nam si fraude renunciatio extorqueatur ab eo qui renunciat, illa est inutilis, ex 15. quæstio. 6. cap. 1. v.g. si quis dicat beneficiario; quod ipsius pater petat literas renunciationis, ut ei conferatur aliud beneficium. Similiter si renuncians decipiat illum cui recunciat; vt v.g. si ille exspectet beneficium pinguius, quod huic dandum erat, nisi facta esset talis resignatio: eo enim casu renuncians amittit utrumque beneficium, id est, tam illud cui renunciavit, quam illud quod ob illam fraudulentem resignationem acquisivit, ex capit. 2. De renunciante in sexto. Postrema conditio est, ut beneficiarius renunciet apertis verbis. Quare si tantum dicat alteri, quod subimmit se ipius misericordia, vel gratia, aut benevolentia, non censetur facta renunciatione, ex cap. Sane, & cap. Veniens, De renunciatione.

De effetu renunciationis.

S E C T I O N I I I .

336.

Effectus renunciationis in eo consistit, ut cum valide facta fuerit, beneficium vacare censeatur, nec renunciatio possit vi prioris tituli, & absq; noua collatione illud repetere, ex cap. Ex transfinis, ex cap. Super hoc, De renunciatione, & ex cap. 3. & 4. Dereficitur, spoliatorum. Nec item capere possit fructus eiusdem beneficij resignati: ne quidem ex donatione illius, cui facta est resignatio: si enim id fecerit, tam ipse, quam ille cui resignauit, sunt excommunicati excommunicatione resuata Papæ in Conc. Triad. sess. 22. cap. vlt. De reform. Vbi & additur, utrumq; priuari omnibus beneficijs, quæ ipsi tunc habent.

337-

Porro iuxta cap. secundum De renunciat, ille qui beneficium renunciavit, post illud denue eligi: danturque tres causas in quibus ipse potest sine noua electione, aut collatione redire ad beneficium resignatum. Primum est, quando resignauit, ut haberet aliud beneficium, quod posita intellexit collatum est: à Summo Pontifice. Tunc enim statim rediens ad suum beneficium, recuperat illud: alioqui utrumque perdit, ex cap. Si beneficia, De præbendis, in 6. Secundus est, quando aliquis resignat beneficium, ut permittat illud cum beneficio alterius. Nam si permutation non habeat postea locum, potest redire ad beneficium suum, ex cap. Cum universorum, De rerum permutatione, & ex Clem. vnica eodem titulo. Imo in permutatione talis conditio expresse ponni, aut saltem subintelligi solet. Tertius casus est quando aliquis resignat beneficium alii quem nominat, & non alias, nec alio modo: tunc enim si illi nominato beneficium non conferatur, resignans reddit ad illud. Pro quo facilitatio: quia quando conditio apponitur, contractus non valet nisi conditio implatur, ex cap. 2. & 4. De conditionibus appositiis. Talis vero conditio prout exponetur in sequenti secat, nisi interueniat consensus Papæ, efficit renunciationem simonia- canam. Qua de re videndum est Nauarrus in Enchr. cap. 23. num. 107. resu. Ad decimum.

338.

Nota autem in tribus praedictis casibus, si beneficium resignatum non dum sit alteri collatum, cum qui renunciavit posse propria autoritate ad illud redire, ex Syl. Permutatio 2. quæst. vlt. conclusi. Quamquam vt vitetur litus in foro exteriori, melius est id facere autoritate Episcopi; præfertum cum inter Doctores non satis conslet, an tunc sit opus noua collatione, sicut opus esse constat quando post renunciationem, collatum est alteri beneficium. Nota præterea renunciante beneficium non posse ad illud absq; noua collatione redire, intelligendum esse cum renunciatio fuerit vere facta: non autem cum tantummodo facta fuerit procuratio ad resignandum. Nam quamvis beneficium vscet per renunciationem, non vacat tamen per procurationem ad resignandum; quæ si renocari potest, vt resignatio non teneat, facta post reuocationem, quæ venerit in notitiis procuratoris, ex Clem. vnica, De renunciatione. Quamquam in renunciatione ex causa permutationis, cum tractatus ea renunciatione ex causa permutationis, cum tractatus ea ratione fit à compromittentibus, vt in eo utrumq; Procuratores constituantur ad renunciandum, & acceptandum: non potest alter ex contrahentibus Procuratorem suum reuocare, altero non consentiente; quia ibi constitutio Procuratoris

parts est contractus, quem reuocatio infringere nequit, non interueniente consensu alterius contrahentis.

De diuersis speciebus renunciationis.

S E C T I O N I V .

Renunciatio quadam est tacita, & quadam expressa. Tacta dupliciter contingit: vno modo ex actu per quem privatio beneficij inducitur iure ipso: vt per contractū matrimonij, per adoptionem secundi beneficij, quod teneri potest cum primo; & sic de alijs, quos propositum in praecedenti cap. sectione 2. Altero modo ex presumptu voluntate, quæ quis renunciasset censemur, cum literas aliave instrumenta sua collationis resignauit in manibus Superioris, prout in cap. Cum pridem, De pacis, adiuncte induta voluntatis, ex quibus coniugias mens renunciandi. Neq; enim sola datum instrumentorum facit virginissimam iuris presumptionem de tacita voluntate renunciandi: cum non sit verolime, eum qui multis forte expensis, & laboribus obtinuit beneficium, voluisse tam facile illud relinquere: ex cap. Super hoc, De renunciatione.

Expressa autem renunciatio contingit, quando quis per se aut per procuratorem dato mandato, iurauit ius beneficij per verba significantia, manifesta, apertave sponte prolati. Duplexq; esse potest, vel pura, & simplex, vel conditionata, seu modifcata. Pura est, quæ fit sine villa conditione, aut pacto. Cui de iure auctoritate prebere potest ille Superior ad quæ pertinet beneficij collatio: ex glossa ad Clement. vnicam De renunciatione, verbo Mamilius. Qui quidem nonnunquam est solus nonnunquam Episc. opus, nonnunquam etiam Episcopio inferior, prout habitum est in praecedenti cap. 17. sectione 1.

Conditionata vero, seu modifcata renunciatio est, quæ fit cum conditione, & pacto. Et quadruplicis species esse potest: nam quædam fit in suoem certæ personæ, & non alias, nec alio modo. Quædam vero fit cum reservatione pensionis constituta in beneficij resignato, vel in persona acceptante resignacione, iuxta cap. Nisi essent, De præbendis in fine. Quædam tertio fit cum regresu; & quædam deniq; ex causa permutationis, non alias.

De prima specie notandum est, eiusmodi resignationem fieri posse tantum coram Papæ; propter positionem qua iure prohibita (per cap. Quem pio, sub finem, i. quæst. 2. & cap. Cum pridem, atq; cap. finale, De pacis) facit simoniā in beneficij, quam vocant positivam: in qua ordinarius collator dispensare non potest, & per consequens nec admittere renunciationem cum ea factam. Potest vero beneficium in manibus suis renunciatur, conferre persona pro qua renunciante illud resignauerit sine pactione: dummodo, iuxta cap. Tuam in Domino, De etate, & qualitate, non cōferat ex carnali ast, eti corum, qui rogant: Id propter meritum eius pro quo supplicatum est: nam tunc nulla, ne quidem positiva, simonia est: argumento cap. Tu nos, De simonia.

Sumimus Pontifex vero, quamvis dispensare non possit in simonia iure diuino prohibita: potest tamen in simonia positiva, seu iure tantum Ecclesiastico prohibita; atq; adeo admittere pacta beneficiorum, præsertim sub titulo, & nomine amicabilis compositi: ut in cap. Super eo, De translat. & in cap. Nisi essent, De præbendis. Iam quod sit renunciatio, utulum sum, ac dominum retineat donec ille in eius favorem facta est renunciatio, beneficium renunciatum acceptaverit, habes apud Rebusum in praxi beneficiorum 3. part. titulo De resignatione conditionali n. 15. & 17.

De secunda specie, idem quod de praecedenti dicendum est; nempe talem resignationem fieri posse tantum coram Summo Pontifice, propter simoniā positivam, quæ committitur curiæ beneficium cum pacto percipiendi aliquid de fructibus illius. Id enim aperte aduersatur iuri Canonico in citato cap. Nisi essent, & in cap. Non satis, De simonia.

De Tertia dicendum quoq; est; concessionem tantum Papæ fieri posse, vt resignatio sit cu regresu, id est, fiat cā lege, vt si contingat resignatarium præmori resignanti, hic possit redire ad beneficium resignati, sine alia conditione. Namq; talem etiam aduersari iuri Canonico patet eo eo, quod contra canonicas institutiones inducat votum captandæ mortis, & faciat beneficia quodammodo hereditaria.

De

341 De quarta & vltima specie, dicendum est resignationem ex causa permutationis posse fieri coram Ordinario: cui non licet alij, quam compermutantibus conferre beneficia resigata ex cap. vnico. De rerum permutatione, in sexto, & ex Clement. vnica, eodem titulo. Eademq; resignationi commune esse cum antedictis renunciationibus conditionatis: vt si conditio apposita, hoc est, permutation, non impletatur (quia scilicet alter permutantium moritur ante tem perfec-tam, vel non vult eam perficere, vel non potest ob aliquod impedimentum) neque beneficio renunciatum esse videatur: cum sit commune omnibus actibus conditionalibus, ve neque aut aliter admitti, vel effectum sortiri, quam si implemantur in forma constituta: iuxta cap. Cum dilecta, De re scriptis, & legem. Qui heredi, & legem Matis f. De conditionibus, & de monstr. De limonia quæ committuntur in resignatione beneficiorum tractauimus ex professo in praecedenti libr. 23. c. 18. quæst. 2. & in sequenti tercia, de ea quæ in beneficiorum permutatione: de qua restat dicendum.

C A P. XXIV.

De beneficiorum permutatione.

S V M M A R I V M.

342 Iure licita est beneficiorum permutation, si fiat auctoritatem Superioris, & iusta ad causam: & quis sit talis Superior.

343 Partes possunt de permuttere: ne tractare tantum sub beneplacito Superioris, ac requirere con ensim diarium, si quorum inter se.

344 Quid requiratur cum beneficiis permuttere: & quod beneficia non possint permutterari cum alijs spiritualibus.

345 Propter beneficium pingue cum tenui permutterari: & vnum cum duobus.

346 De permutatione beneficiorum in equum, quid sit tenendum.

D E hac legi possunt D. Anton., parte tit. 15. cap. 3. Angelus in verbo Permutatio, quæst. 3. & aliquot sequentibus. Syluester eodem verbo 2. per totum, & Tabien, verbo, Beneficium, 3. q. 14. & sequentibus, Rebuffus in praxi, beneficiorum 3. part. tit. De permutatione, Nicolaus de Milis in verbo, Permutatio, ex recentioribus qui antiquiores citant, Azor in 2. par. Moral. Inst. lib. 7. cap. 29. & 30. ac Suarez De religione, tract. 3. lib. 4. cap. 31. 32. 33. & 34.

342 Atque licitam esse iure Canonico beneficiorum permutationem, & in manibus Episcopi fieri posse, iam patet ex proxime dictis. De ceteris ad eam pertinentibus, documenta aliquot notanda sunt pro praxi.

Primum est, Permutationem beneficiorum factam sine auctoritate Superioris, simoniacam censeri. Vide Sylvestri loco cit. quæst. 1. Qui in sequenti 2. docet istum Superiori non esse semper Episcopum respectu suorum inferiorum: quia nonnunquam beneficij collatio, & institutio non pertinet ad illum, sed ad alium: ad quem pariter poterit pertinere, permutationi auctoritatem praebere. Cui doctrina aduersatur, quod talis auctoritas habeatur tantum ex priuilegio iuris, quod Episcopo conceditur nominatum in cap. Quæstum, De rerum permutatione, & in cap. vnico, eodem tit. in sexto: ita ut in praxi, tenendo certum, & relinquendo incertum, oporteat recurrere ad Episcopum pro tali permutatione, cuius dignitati prædictam potestatem annexam esse dubium non est: & alij vero conuenire aperte negetur non modo a Federico de Senis in tractat. permutationum quæst. 22. /de quo Ludouicus de Milis loc. cit. additione 3/ sed etiam ab authore glossæ a Clemen. vnica, De rerum perm. verbo Conferantur. Adverte tamen ex Azorio alios citante in memorato cap. 29. quæst. 4. doctrinam Sylvestri posse habere locum, quod Pralatos Episcopi inferiores dignitate, qui de consuetudine prescripta, aut Sedis Apostolice priuilegio, iurisdictionem habent Episcopalem nulli Episcopo proxime subiecti, & prædicti potestate conferendi

futis subditis beneficia: & eos instituendi; ac etiam amouendi à beneficio, si quando opus fuerit.

Non debet vero Superiorēm permutationi auctoritatem præbere, nisi ex necessaria causa, bene idem Syl. addit. quæst. 3. p. cap. Quæstum, §. finali; De rerum permutatione. Simul ex D. Thoma iii 4. diff. 15. quæst. 3. art. 3. ad octauum, admoneens eam necessitatem non esse metiendam cōmodo temporali permutantium; sed spirituali: putā quod in tali loco poterit quis melius Deo seruire, quam in alio:

Secundum documentum est: non posse quidem partes facere in se conuentione, præmissionem, vel pactiōem; aut conclusionem: post tamen de permutando tractare, submittendo se dispositioni Superioris; lmo & posse concludere non quidem absolute, sed sub expressa conditione, seu faça haec reservatione, si Superior ad quēm attinet; voluerit. Hoc in quæst. 5. ex Panormit. & quib[us]dam alijs habet Sylvestri, consentiuntque ceteri initio iominati. Probatur vero quoad priorem partem quia ius permittens beneficiorum permutationem, consequenter permittit ea quæ ad illam factitudinem requiruntur: tractatus autem inter partes, ad eam requiritur: sicut & ad alios contractus utimique onerosos. Quoad posteriorēm vero, probatur: quia talis cōclusio non est vera conclusio, cum suspendatur usq; ad Superioris consensum.

Tertium documentum est: ad permutationem requiri consensus eorum ad quos pertinet præsentatio, vel electio ad beneficia permutanda. Ratio est, quia permutatio aliqui non valeret, vt aliquot citatis in memorato tractatu De permutatione num. 21. Rebuffus notat. Addens in num. 22. ex Federico de Senis, quod si tales requisiti nolint consentire, cogi possint, quando permutatio est utilis Ecclesiae. De qua re tanquam solita tractari in foro externo: causidicorum est responderem.

Quartum documentum est, Permutationes beneficiorum, iueiant auctoritate Ordinariorum, sive Papæ, aut Legati ipsius, non requiri vt permutantes faciant mentionem dealijs beneficij quæ obtinent. Hoc ex Federico quæstionis 18. habet Nicolaus de Milis loco cit. in fine se cundæ additionis.

Quintum documentum est, Quando beneficia in diversis diecessibus existunt, permutationem debere fieri auctoritate utriusque Episcopi earundem diecessorum. In quo casu melius esse permutationem fieri vtrōq; Episcopo simul praesente, vel uno committente alteri suam potestatem: quam ex interculo temporis, id est, quam altero Episcopo auctoritatem suam præstante, post elapsum tempus quo alter suam præstitit, Sylvestr. ex Ioanne Andrea habet in quæst. 13. concl. 7.

Sextum documentum est, Posse quæcunque beneficia permutteri: sive conformia sint, vt duæ præbenda; sive difformia, vt præbenda, & beneficium curatum. Adverte autem beneficium manuale posse quidem permutterari: sed posse quoque per Superiorēm perinde reuocari ac ante permutationem, prout habet Rebuffus in cit. titulo De permutatione numero 50. Non posse autem beneficia vnta permutari (ideoque in illis propositum documentum exceptionem patitur) docet Rota decisi. 160. in Antiquis. Nec item posse beneficia que tenentur tantum ex dispensatione Papæ, vt docet item Rota decisi. 339. in nouis: ponens exemplum de ea quæ fit illegitimo. Ratio vero est, quia talis dispensatio non extenditur ad aliud beneficium, neque ad aliam personam.

Itemque nec posse beneficia commendata ad tempus. Nec enim talia cum habitis in titulum permutterari posse, nisi ille qui commendavit fecerit ad id potestatem, docet Panormit. ad cap. Cum olim, De rerum permutatione num. 3. Ratio illius est: quod in cap. vnico, in 6. & Clem. vnica, vtrōq; De rerum permutatione, tantum concedatur Clericis beneficia sua permuttere. At is cui commendatum est ad tempus beneficium, non potest dicere illud suum. Addit in sequenti nu. 4. nec habentes expectativas a Papa, posse interficiura sua permuttere: quia talia non sunt beneficia: & Canones permitunt tantum beneficia permutteri. Idem eodem argumento iudicandum est cum Nauarro in Enchir. cap. 23. m. 100. versu 3. de ceteris habentibus tantum ius ad beneficium: vt de no-